

MVV  
SELECTAE  
QVAESTIONES  
IVRIS VARIAE, VERE AV-

REAE, CVM IN SCHOLIS AD EXERCENDA  
INGENIA, AC FORMANDVM IVDICIVM STUDIO-  
RVM ACCOMMO-  
datissime: tum in Foro & Praxi ad decidendos ex veritate Iuris casus quotidianos  
& interdum perplexos, quàm utilissima: in vtranq; partem disputatę, & de-  
mum ex veritate iuris decisa: Diuersorum Clarissimorum V.I lu-  
minum, veterum & Recentium. Quorum Catalo-  
gum sequens pagina docbit.

NVNC PRIMVM IN STUDIO-  
RVM AC PRACTICO-  
rum Iuris gratiam, simul in vnum quasi corpus collectę, & emendatius multo,  
quàm antè vnquam particulariter, editę: innumeris scilicet  
locis restitutis & emendatis.

CVM DVPLICI INDICE, GENERALI SCILICET, QVO  
quæstiones hæ ad suas sedes, Titulos nimirum V.I. referuntur: &  
Speciali, Rerum & Verborum memorabi-  
lium copiosissimo.



COLONIAE  
Apud Geruinium Calenium, & heredes Iobannis Quentelij.  
ANNO CHRISTI NATI M.D.LXX

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

# INDEX AVTHORVM

QVORVM QVAESTIONES SEV DISPVTATIONES HOC VOLVGINE GONTINENTVR.

- PILEI *Modicensis antiqui Glossatoris. fol. 1.*  
BARTHOLOMAEI *Brixienfis, quas Dominicales appellant. fol. 89.*  
EIVSDEM, *Venerales quae vocantur. fol. 138.*  
ROFFREDI *Beneuentani, Sabbatinae. fol. 162.*  
IOHANNIS *Andreae, Mercuriales. fol. 271.*  
BARTOLINI *III. 18. sumptae ex lib. 1. Consiliorum. fol. 246.*  
EIVSDEM *4. alio sumptae ex lib. 2. Consiliorum. fol. 281.*  
PANORMITANI. *fol. 303.*  
PHILIPPI *Franci. fol. 393.*  
ROBERTI *Maranta. fol. 402.*  
IOHANNIS *de Anania. 460.*  
IACOBI *Concenarij. 475.*

QVAESTIONES

TYPO



# TYPOGRAPHVS CAN-

## DIDO LECTORI S.



VANTVM valeant Disputationes seu Quæstiones Iuris in vtranque partem discussæ, ad exercenda ingenia & formandum iudicium studiosorum, & ad casus oblatos ex veritate Iuris decidendos, nemo est qui nesciat. Disputationibus enim ingenium cum primis acuitur & exercetur, ac quemadmodum ferrum, quo magis atteritur, eo rubigo eius perfectius abstergitur, & nitescit ac acuitur eo magis: ita etiam per huiusmodi disputationes, caligo ingenij paulatim depellitur, & lumen ac claritas iudicij indies magis ac magis aperitur & firmatur.

Quantum etiam ad veritatem inueniendam præstent hæc disputationes, multorum philosophorum egregia extant testimonia: & id ipsa rerum magistra, experientia, docet. Vt enim lapidum conflictu ac tritu ignis, sic ex contrariorum agitatione veritatis lumen tandem elicitur. certiorque habetur veritas, quæ ita per contraria eruitur: quia sol reuerberatus, fortius calefcit: & clauus repercussus, fortius stringit. Atque hoc est quod de Herennio Modestino Vlpianus I. C. ait l. mista, ff. de mune. & hono. Modestinum scilicet disputando ita benè & optima ratione decreuisse. Quod & Paulus I. C. de Scæuola innuit, l. cum quidam. ff. de lib. & posth. Possemque eius cum ex Iureconsultorum veterum Responsis, tum etiam ex interpretum commentarijs multas auctoritates adferre, quas breuitatis ergò consultò prætereo. quas videre est ad longum apud Neuizanum in principio Siluæ suæ nuptialis, & alios varijs in locis.

Cum igitur per Dei gratiam nupèr duos Tomos Selectorum Tractatum Iuris emissem: alterum in materia Successionis, tam à testato quàm ab intestato: alterum in materia Assècurationis & Cautiois: idemque & in alijs quoque materijs non minùs fertilibus & vtilibus facere cogitarem: hunc Tomum Quæstionum Iuris propter summam earundem vtilitatem, interijcere non abs re visum est, præsertim quòd viderem Quæstiones hæcè partim publicè non extare: multas varijs in libris dispersas, quos pauci haberent: quasdam etiam recens natas, quæ non passim ad omnes peruenirent.

In quibus certè, bona fide dictum, inuenies omnia multo emendatiora, quàm antè vnquam sunt edita, vt ex collatione exemplarium videre licet, et si fortè non vbi què sint omnia omnibus numeris absoluta, propter defectum exemplarium, quæ fuère ferè quàm deprauatissima, inprimis etiam Mercuriales Ioànnes Andree, et si postremæ earundem editioni magnifica præfixa sunt præconia, quòd scilicet ea editione in ijs omnia pristinae suæ integritati sint restituta &c. cum tamen nihil minùs sit præstitum, vt ex collatione huius editionis ad illam, ad oculum patebit. infinitis enim nihilominùs scatebant mendis & falsis ac corruptis allegationibus iurium, quæ hac editione vtcunquè restituta sunt.

Nemo, pro dolor, non nouit, quàm sint iam multis retrò annis minorum gentium Doctorem monumenta Iuris, præsertim autem veterum, deprauatissime impressa, vt maximoperè necessè esset ea diligenter recognoscere, ac pristinae suæ integritati restituere. Quod meritò boni viri inter Iureconsultos, ocio abundantes,

# CELEBERRIMI IVRE CONSULTI AC GLOSATORIS VE TVSTISSIMI,

## D. PILEI MODICENSIS, QVAESTIO NES AVREA.

### QVAESTIO I.

AN OMNES DE VNIVERSITA  
te, debeant de calumnia iurare.



**B**ONONIENSES, dum queri-  
moniam de Ferrariensibus defer-  
rent super sacramento de calumnia  
præstado: inter Curia nobiles or-  
ta est disputatio, Vtrum omnes  
debeant iurare, quia causa est vni-  
uersitatis: an verò sufficiat, si soli  
consules iurent.

### QVOD SVFFICIAT.

**QVOD** sufficiat, si iuret ut defensores, probatur  
sic: eo prius proposito, quod non possunt consentire  
municipes, vt ff. de acq. poss. l. j. §. municipales. Sed nec  
bonorum possessionem petere in bonis liberi seu li-  
bertæ: sed necessariò actorem eligunt qui petat, vt ff.  
de liber. municip. & vniuersitat. l. j. nec ergò sacramen-  
tum calumnie præstabunt, quia in eo præstando non  
possunt consentire. Item, si municipibus legatum re-  
linquatur si iurent, non iurabunt omnes, sed per eos  
iurabitur qui agunt res municipi, vt ff. de cond. & de-  
monst. l. municipibus. ¶ Item in restitutione hære-  
ditatis facienda municipibus, & translatione actionũ  
ex Trebell. q. sic transferuntur, si actores eligant qui  
actiones excipiant, vt ff. ad Trebell. l. ita tamen. ¶ Item  
quod non municipes, sed eorum defensor iurabit de  
calumnia: sic & si hæreditas restituatur municipum  
defensori, factis est. Nam vniuersis redditur, quod pro  
voto omnium, primatibus indulgetur: vt C. de aduo-  
c. diuer. iud. l. restituenda: & sic de legato relicto: ciui-  
tati ad spectaculũ, nam & ipsum auctoritate prima-  
tum ciuitatis, faciendum est. l. legatum ciuitati, ff. de  
usu. & usufr. lega. Idem in sacramento calumnie vi-  
detur, idem de eo qui vult in publico edificare, quod  
factis est si ædificat auctoritate reipub. procuratoris,  
sicut lege municipali id ei cõcedente, vt ff. quod vi  
aut clam. l. prohibere. §. planè. ¶ Item ex superioribus,  
quia consentire non possunt, ergò hi soli experientur.  
Sicut & pater in actione de dote, vbi filia nequit con-  
sentire, vt ff. solu. matr. l. 2. ¶ Item intelliguntur oēs  
iurare, quia iurant defensores, sicut alijs intelligitur  
scire, quod sciunt administratores: vt ff. ad municipal.  
l. municipales. ¶ Item quãdò legatorum seruandorũ  
causa municipes postulat se mitti in possessionẽ,  
non ipsi, sed eorum actor mittendus est, l. municipi-  
ff. vt in poss. leg. ¶ Item municipes aliquid dolo face-  
re non possunt: sed si quid ad eos peruenit ex dolo eo-  
rum, qui res eorum administrant, datur ad hoc actio,  
ff. de dolo. l. sed ex dolo. §. j. ¶ Item alijs legitur, qd  
duo soli primates conueniantur. ¶ Item alia ratio,  
quia sacramentum calumnie vel à plurima parte vel  
idonea vniuersitatis, præstandum esse dicitur, C. de  
iureiur. prop. calum. l. 2. §. hoc etiam huic legi hæc  
pars idonea est, quia cum ab omnibus sint electi, ab  
omnibus est eis concessa potestas, vt ff. quod cuiusq.  
vniuer. nom. l. item eorum. §. j. Vnde hi soli iurabunt.  
Sic enim solus princeps iurat, quia est ei concessa po-  
testas. ¶ Item maior pars intelligitur ex dignitate, hæc  
autem pars est dignior, sicut per anteriora probatur,  
quia soli nobiliores creantur defensores, vt in aucten.

de defensor. ciuit. §. interim illud. Immo si in illa ci-  
uitate nõ sunt nobiles, ex vicinis ciuitatibus alij sunt  
eligendi, argumento sumpto de tutore, in ciuitate in  
qua postulat dari, nõ reperio idoneo, vt ff. de tuto.  
& cu. dat. ab his. l. diuus, ergò si dignitatem ciuitatis  
habent, hæc maior pars est. ¶ Item sicut ratione pu-  
blici officij iurat tutor, eadem ratio ipse iurabit de-  
fensor publicus. C. de iureiur. prop. cal. l. 2. ¶ Item qd  
sic expedit, nõ per plures suscipiantur actiones vel in-  
tendantur, iste solus iurabit de calumnia, sicut de tu-  
toribus dicitur: quia vbi non est decreta administra-  
tio, decernenda est, quia expedit, vt vnus suscipiat, &  
vnus intercedat, nec per plures tutela spargatur: iste  
est tutor q. ouera sustinet, ergò si alij nulle essent, iste  
solus de calumnia iurabit, vt ff. de admin. tuto. l. 3.

¶ Item si iurare deberet vniuersitas, posset tãcum vni  
committi iuratio, sicut est etiam ab ordine decurionũ  
facienda, vt ff. quod cuiusq. vniuers. l. item. §. j. ¶ Item  
si plures concurrunt agentes, ex vicis idoneiores eligũ-  
tur, sicut in interdico de libero homine exhibendo:  
vt ff. de lib. homi. exhiben. l. j. §. si tamen plures. ¶ Itẽ  
res publica tanquã pupillus iudicatur, ergò admi-  
nistratores ipsius, tanquã pupilli, debent iurare de ca-  
lumnia, vt C. de offic. eius qui vicem alicuius iud. vel  
prol. obta. l. j. ¶ Item quia hoc esset onerosũ, vt pro  
singulis causis tota vniuersitas iuraret, permittẽdum  
est ergò quod facilius est, vt vnus iuret. Instir. de iur.  
nat. §. Senatus. Et quasi non possit vniuersitas iurare,  
nec habere animam dicitur. ¶ Item, quia vt Rectores  
dissentirent, vno Rectore vno modo, & altero alio: nõ  
sic contingere potest. Vnde potius facultas Rectori-  
bus debet concedi, argumento ff. de condi. indebit. l.  
planè.

### EX ADVERSO.

**QVOD** non sufficiat iurare cõsules de calumnia,  
immo oportet omnes iurare, vel maiorẽ partem, vel  
idoneiores, vt C. de iureiur. prop. cal. l. 2. §. hoc etiam  
nec est ergò à verbis recedẽdum, nam si, cum certum  
aliquid decernendũ est, illi interesse debent, qui duo,  
vel plures requirantur, argumento ff. de decr. ab ord.  
fac. l. 2. ergò & cum iurant. ¶ Item quia negotium oēs  
tangit, ergò & omnes iurare debent, vel maior pars,  
nec vnus de calumnia iurabit, vt C. de aucthor. prest.  
l. fin. ¶ Item Consul fungitur partibus procuratoris,  
vt ff. quod cuiusq. vniuers. l. item eorum. §. actor. Er-  
gò non ipse, sed dominus de calumnia iurabit, vt C. de  
iur. iur. prop. cal. l. 2. §. fin. autem. Item hoc non inue-  
nitur in l. expressum, vt in hoc casu cõsulem iurare  
sufficiat: ergò à quoquam fingendum nõ est, vt ff. sol.  
matr. l. si verò. §. de varo. Preter hæc, cum res minima  
ciuitatis distrahitur, omnes iurare debent ciues, vel  
penè omnes: Ergò multo fortius in eo, præsertim si  
de magnis litigatur, vt C. de vend. re. ciuit. l. vlt. absur-  
dum enim est, aliter concedi actionẽ vel exercitium,  
quã distractio permittatur rerum, arg. ff. de iud. deli.  
l. ait. sed cum defensor eligitur cum decreto habito,  
sacramentum præstandum est omnium possessionum:  
vt in auct. de defens. ciuit. §. nulli, nec si Consul aliqd  
constitatur, nõquã præiudicaret ciuitati, vt ff. de in-  
terr. act. l. si defensor. ergò ipsa vniuersitas iurare de-  
bet, quæ sibi valet præiudicare. ¶ Item causa vniuersi-  
tatis, non est singulorũ, vel ecclesie, ergò ipsa vniuersi-  
tas